

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

L.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

dire. Valedicens persevero in supplicationibus, tui Bedæ consilia, quantum commodè poteris, audi precor, & benè tibi erit. Ex acuto monte Paris. 12. Calend. Jnnias, 1525.

Tui, qui ad vota paratus est,

Bedæ.



L.
Docto & diligenti Viro, D. Nicolao Episcopo, Basiliensi

librario, amico suo.

S. D. Pictor Fribergius, qui mihi sponndit, se in locum Vallengis successurum, etiam spem meam sefellit, itemque Schnebergius; sed tandem quartus omnes reliquas machinas, fornaces, cortinas, instrumenta pinxit; verum non satis scite. Quare cum senex ille Vallengis, qui pingendo ceteris longè præstat, abhinc menses ferè tres ad me scriberet, se aliquanto acutius cernere & mihi rursus suam operam promitteret, ei præcipuam quamq; machinam denuo pingendam dedi, non sine magno impendio. Quas picturas omnes una cum cæteris libris, in turbulentissimis istis temporibus quas à militibus, quorum furor in rapinis bacchari selet, intercepti posse periculosum esset, nunc ad te mitterem, ut excuderentur. Quamprimum verò nobis placida pax data, imò ad nos divinitus delata fuerit, transmittam. Libros sex, quos accepisti, utrum excuderis, nec ne, scire cupio, si nondum excudisti, non excudas, donec reliquos acceperis. Scalptor ubi aliquot puncta ordine fuerunt picta, lineas duxit, atque ita venarum picturas depravavit, tu si eum in figuris scalpendis nihil prorsus immutare jusseris, rectè facies. Rumor est, neminem Lipsensem ad mercatum Francofurdanum profecturum, quia de causa plura scribere non libet. Vale. Kempnicii, XII. Cal. April. anno M D LII.

Georgius Agricola

tuus.



LI.

Erasmo. &c.

S. Alurem dicit. Venerabilis idemque charissime Pater; cum ea sit apud nos quæque nominis tui & scriptorum claritudo, ut ipse, etiam nunc homo Laicus, talibus